Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8252
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

pe me de manu inimicorum
meorum et a persequentibus me Il
luminra faciem tuam super seruum
tuum saluum me fac in misericordia tua
a domine non confundar quoniam in te
invocauit te Erubescant impii
et deducantur in infernum muta
fiant labia dolosa Quemadmo
dum loquitur adversus iustum iniquitate
in superbia et in abusione O
quam magna multitudo dulcedinis tue domine quam abscondisti
timentibus te Perfecisti eis qui sperant in te in con
spectu filiorum hominum Abscondes eos in abscondito faciei
tue a conturbatione hominum Protegis eos in tabernaculo tuo
a contradictione linguarum Be
nedictus dominus quoniam mirificauit
misericordiam suam in me in ciuitate
munita Ego autem dixi
in excessu mentis mee proiectus
sum a facie oculorum tuorum Ideo
exaudisti vocem orationis mee
dum clamarem ad te O di
lige dominum omnes sanctus quoniam ^ets
veritatem requirit dominus et retri
buet habundanter facientibus
superbiam Viriliter agite et
confortetur cor vestrum omnes qui
sperantis in domino ps dd
Beati quorum remisse sunt
iniquitates et quorum
tecta sunt peccata Beatus vir
cui non imputauit dominus peccatum nec est in spiritu eius dolus
Quoniam tacui inueterauerunt os
sa mea dum clamarem tota
die Quoniam die ac nocte gra
uata est super me manus tua
conuersus sum in erumpna mea
dum configitur spina Delic
tum meum cognitum tibi feci
et iustitiam meam non abscondi
Dixi confitebor adversum
me iniustitiam meam domino et
tu remisisti impietatem pecca
mei Pro hac orabit ad te
omnis sanctus in tempore opportu
no Veruntamen in diluuio
aquarum multarum ad eum non
approximabit Tu es refu
gium a tribulatione que circum
dedit me exultatio mea erue
me a circumdantibus me In
tellectum tibi dabo et instruam
te in via hac qua gradieris
firmabo super te oculos meos
Nolite fieri sicut equus et
mulus quibus non est intel
lectus In camo et freno ma